



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quare Christus voluit esse Papam, id est, praelatum vnum supremum  
hîc in terris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

propter tuām constantiam & gloriosam confessionē fidei, Matth. 16. & licet sathanas te queret tribulatiō & eradicari, non tamen deficit fides tua, nec potius inferorum aduersus te praeualebūt, &c. Vnde tū Ecclesia Catholica agnoscit hanc superioritatem in Petro & eius successoribus.

Secundō Christus ideò ordinauit Papam praelatum Ecclesiæ hīc in terris, quia sciebat diabolum non dormiturum, sed quod esset excitaturus variā hæresēs, perturbationes, rebelliones, &c. ideo ut esset qui lites ac cōtrouersias in rebus fidei & doctrinēs pōneret, vtque esset caput ministeriale, in quem omnes respicerent tempore hæresum & tribulationum, fecit Petrum prælatum Ecclesiæ suæ. Sic tamen Papa prælatus, ut Concilium, quod representat Ecclesiā, agnoscat, non supra illud se cōstituat, sed audiāt, & quāc concilium conclūserit, ea per suā authoritatēm publicet & confirmet. Tali modo vult Ioan. Gerson Concilium esse supra Papam. Sic Deus olim prouidit Synagogę, vt in rebus ambiguis negotiū deferretur ad sacerdotes Leuitici generis, cuius iudicio penitus standum esset, Deutero. 17. Ne scriptura iudex esse potest, vt volunt Adversarii, et quod quisque trahit & interpretatur scripturam ad suum intellectum, quem sibi fingit, sicut patet in Sacramentarijs cum verbis his, Hoc est corpus meum; ybi hic intelligit signum, ille figuram, hic similitudinem panem, &c. Sic Anabaptistæ cum versio Qui crediderit, Et baptizatus fuerit &c. Marti vltimo. Oportet igitur ut sit certum iudicium seu magisteriū Ecclesiæ ad scripturam recte & uniformiter explicandā: Quare Pontificem & episcopos debemus audire. Qui vos audit, me audit, inquit Christus. S. Patres, Hieronymus, Augustinus, &c. consuluerunt sedē Petri. Contemptus autem Pontificis & Episcoporum, est causa omnium hæreſeon, vt inquit S.

Cyprianus

G.

confession  
ret tribulan

ia, nec pott  
Vnde tou

ioritatem in

apam pral.  
at diabolum

turus vanat

e, ideo ut esse

ex doctrinę

n quem om-

bulationum,

Sic tamen et

presentat se.

constitutus, scil

ea per suum

ali modo vult

am. Sic Deus

biguis nego-

i generis, cl

utero. 17. Na

Aduet satis, cu

r scripturam

sicut patet de

et corpus me

ram, hic sim

æ cum verbo

&cæt. Man

dicium seu ma

c uniformite

pos debemus

Christus. Se

consuluerunt

cis & Episco

vt inquit S.

Cyprianus.

LIB. III. CAP. VI. 387

Cyprianus. Nam hæc est astutia Sathanæ, vt primùm caput contemptui reddat subditis, quo deindè possit liberius in oves ferocire: grauissimè ergo peccant, qui ex contemptu pontificis recusant obedire Ecclesiæ, & vili pendunt statuta & bonas ordinationes: nā Deus non frustrà contulit illi superioritatē, & est ordinatio diuina. Qui igitur tali ordinatiōni resistit, Deo resistit, Romanor. 13. & communiter accipiunt condignām pœnam tam in hoc quām in futuro seculo. Qui enim pacem Ecclesiæ amant, qui cupiunt disciplinam & timorem Domini in populo, illi se non separant ab obedientia prælati Ecclesiæ, sicut apostolæ faciunt & hæretici.

Tertio, potestas Papæ est, de qua sentit Ecclesia, quod Petro singulariter dicitur Matth. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum: non inquit, Dabo Ecclesiæ, vt illa tibias committat, sed tibi dabo &c. vndē Petri authoritas magis se extendit, quām reliquorū Apostolorum, Sacerdotū, Episcoporū &c. Nam licet alioqui omnes pares sint in absoluendo à culpa & pœna æterna, & hoc virtute passionis Christi, tamen quoad temporariam pœnam, quam etiam dimissa culpa Deus exigit, se solius Papæ authoritas extendit, remittendo culpam & pœnā. Sed quod dimissa culpa Deus adhuc exigit pœnam temporariam, patet in Adam Gene. 3. vbi ei dicitur, In sudore vultus tui comedes panem tuum: & vxori, In dolore paries filios tuos, & 2. Regū 12. in Davide, vbi etsi Dominus transtulit peccatum, id est, culpam, tamen flagellum, id est pœna temporaria, non recessit à domo eius. In novo testamento exiguntur etiam post absolutionem digni fructus pœnitentie, Matt. 3. & Apostolus ait: Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur, 1. Cor. 11. & Rom. 6. Sicut exhibuistis, membra vestra &c. præcipiuntur enim post absolutionem digni fructus pœnitentie ad delendam & mitigandam illam pœnam.